Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



clxxvi

Si decretis saluare nos domine libabimus. Tu enim fecisti
dne celum et terram et quicquid celi ambitu continetur. Tu es
dns omnium et non est qui resistat uoluntati tue. Et nunc
domine mi rex dns abraham miserere populo tuo. quia uo
lunt nos inimici nri perdere et hereditatem tuam delere.
Ne despicias partem tuam. quam redemisti tibi. et exaudi de
precationem mam. et propitiare sorti et funiculo hereditatis
tue. et conuertens luctum nrm in gaudium. ut uiuentes laudem
nomen tuum. Et ne pdas ora canentium te dne dns nostr. S'
Illo t. Ascendens ihs in hierosolima assumpsit xii. matheo 20
discipulos secreto et ait illis. Ecce ascendimus hierosolima
et filius hominis tradetur principibus sacdotum et scribis et
condempnabunt eum morte. et tradent eum gentibus ad deludendum
et flagellandum et crucifigendum. et tertia die resurget. Tunc
accessit ad eum mater filiorum zebedei cum filiis suis adorans
et petens aliquid ab eo. Qui dixit illi. Quid uis. Ait illi.
Dic ut sedeant hi duo filii mei unus ad dexteram tuam et unus
ad sinistram in regno tuo. Respondens autem ihs dixit.
Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibi
turus sum. Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidem
meum bibetis. sedere autem ad dexteram meam et sinistram me
am non est meum dare uobis. sed quibus paratum est a patre
meo. Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus.
Ihs autem uocauit eos ad se et ait. Scitis quia principes gen
tium dominantur eorum. et qui maiores sunt potestatem exercent
in eos. Non ita erit inter uos. sed quicumque uoluerit inter uos
primus esse. erit uester seruus. sicut filius hominis non uenit
ministrari sed ministrare et dare animam suam redemptio
Tone pro multis.

177